



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

650. An tam Legati nati & missi, quàm Legati di latere habeant potestatem conferendi beneficia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

Hispania, Rhemensis in Gallia, Pisanus in Italia, Gnesiensis in Polonia, Magdeburgensis olim, nunc Salsburgensis in Germania. Pirh. *ad tit. de off. Leg. n. 1. Paris. de resgn. l. 7. q. 1. n. 3. Castrop. tr. 13. de benef. d. 2. p. 2. 5. n. 1.* qui, ut Castrop. in suis provinciis Primates existunt, Legati de latere sunt Cardinales specialiter constituti à Sede Apostolica seu Papa ejusdem Legati, missi que veluti de ejus latere, cui assistunt, ad provinciam aliquam ejus nomine gubernandam, vel alia graviam negotia tractanda. Castrop. *loc. cit. Paris. loc. cit. n. 5.* Legati simpliciter missi seu Nuncii Apostolici dicuntur Prælati (quamvis & alii simplices Clerici ad hoc constitui possint, etsi non soleant. Pirh. *loc. cit.*) qui ob negotia gerenda, vel causas aliquas decidendas mittuntur ad provincias, & Curias Principum. Castrop. quamvis & hi aliquando mittantur cum potestate Legati de latere, etsi Legati de latere non sint. Porro licet omnes hi Legati propriè sint, quia nomine Pontificis legatione fungantur. Gloss. *in c. statutum, v. à Sede. de rescript. in 6.* eorum tamen jurisdictionis & potestatis diversissima est, præcipuè in ordine ad beneficiorum collationem. Castrop. *loc. cit. n. 2.* Quare

*Quæstio 650. An tam Legati nati & missi, quam Legati de latere habeant potestatem conferendi beneficia?*

**R**espondeo primò: Legati de latere ed ipsò, quò Legati constituuntur, habent potestatem conferendi beneficia suæ provincie, ad quam mittuntur. Castrop. *loc. cit. n. 2.* citans *c. dilectus, de off. Leg. c. 1. tit. eod. in 6. c. si à Sede, de preb. in 6.*  
 2. Respondeo secundò: Cæteri Legati hanc potestatem vi legationis suæ non habent, ètque de hoc clarus textus in *c. 1. de off. Leg. in 6.* ubi Papa: præsentì decreto statuitur, ut Ecclesia Romana Legati quæcumque plenam legationem obtineant, sive à nobis missi fuerint, sive suarum prætextu Ecclesiarum legationis sibi vindicent dignitatem, ex ipsius legationis munere conferendi beneficia nullam habeant potestatem, nisi hoc alicui specialiter duxerimus indulgendum &c. Paris. *loc. cit. n. 10.* Castrop. *loc. cit.* Unde dum potestas hæc eorum aliquibus committitur quandoque specialiter; quia non habetur à jure vi officii, est delegata, & non ordinaria. Castrop. *loc. cit.* Possunt tamen Legati nati beneficia conferre, non quidem jure, seu ratione legationis suæ, sed jure ordinario, quatenus sunt simul in provincia aliqua Archiepiscopi aut Primates. Pirh. *de off. Leg. n. 19.* Azor. *p. 2. l. 6. c. 25. q. 6.* Quin & dum Nuncius mittitur cum potestate Legati de latere, poterit sine ulla alia speciali facultate beneficia conferre. Barb. *juris Eccl. l. 1. c. 5. n. 52.* Garc. *p. 5. c. 3. n. 80.* Gonz. *gl. 23. n. 3.* Zechus *de benef. & pens. c. 2. & 5. n. 2.* Mandos. *ad reg. 13. Cancell. q. 6. n. 4.* Quintadven. *Eccles. l. 1. c. 5. n. 3. &c.* Quia tamen hæc potestas, quò ad beneficiorum collationem istis Nunciis missis de cætero cum potestate Legati de latere specialiter restringitur, ut testantur Gonz. *§. 2. præm. n. 54.* Garc. *p. 5. c. 3. n. 82.* Castrop. *loc. cit. p. 26. n. 1.* in Nunciis Hispaniæ, hinc literæ concessionis examinandæ, & tenor hujus facultatis, & restrictionis ante omnia inspiciendus, ut inde horum Nunciorum potestas cognoscatur. AA. iidem. Neque, ut Castrop. *loc. cit.* obstat, concedi Nuncio, ne obligatus sit in suis literis, gratis, dispositionibus facultatem suam inferere, aut testibus vel Notario comprobare, quò

P. Leuren. Fori Benef. Tom. II.

minus in contradictorio judicio eam facultatem exhibere teneatur; quia illa prærogativa non inferendi, nec comprobandi facultatem intelligitur in illis gratis, concessionibus, dispositionibus jure delegationis Nuncio competentibus, non de illis, quæ jure speciali competunt, qualis est hæc facultas providendi beneficia. Adde, quòd intelligatur id, dum non est, qui provisioni factæ contradicat.

*Quæstio 651. Qualis sit hæc Legatorum de latere potestas conferendi beneficia?*

**R**espondeo: est ordinaria; quia eorum officio & legationi præcellenti annexa est à jure communi. Unde licet à Corasio & quibusdam aliis dicatur, eos conferre ex speciali privilegio, id intelligendum est de privilegio, seu prærogativa præ aliis Legatis illis competente, à jure tamen, & sic jure ordinario, & jure legationis non in genere, sed in specie, hoc est, jure talis legationis à latere. Garc. *p. 5. c. 3. n. 5. & 8.* & Castrop. *loc. cit.* citantes Gamb. *de potest. Leg. l. 3. n. 31.* Gigas *de pens. q. 6. n. 18.* contra Selvam *p. 2. n. 34.* Prob. *ad Monach. in c. fin. de constit. n. 39.* & alios apud Garc. *loc. cit.* docentes de latere Legatos non jure legationis, sed speciali privilegio id habere; Item, contra Abb. *in clem. 2. de off. ordinar. n. 4.* docentem, quòd potestas Legatorum respectu jurisdictionis sit ordinaria, respectu tamen collationis beneficiorum sit extraordinaria; quia ex proprio officio Legatorum non venit potestas conferendi, & ideo Legati non Cardinales hanc potestatem non habent, & Cardinales legati hoc habent ex speciali privilegio. Contra quos tamen faciunt paulò ante dicta ex Garcias quòd non jure legationis, sed talis legationis à latere Cardinales à jure habent hoc privilegium. Unde jam inferit Garcias *n. 10.* quòd provifus à Legato jure legationis, & ut Legato non dicatur provifus auctoritate Apostolicâ, juxta *c. his, qui. de preb. in 6.* & ibi Gl. & Franc. *n. 5.* & Bonifac. *in clem. 2. de off. Ord. n. 9.* contra Gl. *in eandem clem.* Provisio tamen Legati dicitur provifio Sedis Apostolicæ. Tond. *p. 2. c. 3. §. 6. n. 1.* Garc. *loc. cit. n. 12.* citans Germon. *de indult. Cardin. §. tibi, quo. n. 101.* & Rotæ *decis. 206. p. 1. divers. n. 5.* dicentes nomine provisionis Apostolicæ venire provisionem Legati, & Gl. *in c. si Abbatem. de elect. in 6.* quam sequuntur Joannes Andr. Franc. &c. dicentes appellatione Sedis Apostolicæ venire Legatum de latere, nisi proferatur in materia reservata soli Papæ, aut cum ditione tantum, vel simili: ed quòd Legatus in provincia vices Sedis Apostolicæ gerat in non reservatis. *c. mandatur. de presumpt. Cuchus l. 2. tit. 5. n. 22.* & in ea representet Papam. Bonif. *in clem. 2. de off. Ord.* & ideo literæ Legatorum dicuntur Apostolicæ. Ex quibus omnibus inferit Garcias *n. 15.* provifum à Legato, dici provifum auctoritate Apostolicâ, saltem largè, licet non ad effectum. *c. his, qui. &c.* Ac ita etiam provisiones Legati eodem fruuntur privilegio executivo, quo aliæ provisiones à Sede Apostolica emanatæ. Tond. *loc. cit.* citans Angel. *de acquisit. possess. q. 20. n. 4.* Adeoque Breve Pontificis de capienda possessione cum clausula: *expulsis quibuscumque desentoribus, non tamen à Sede Apostolica* (vel etiam auctoritate Apostolicâ, ut Garc. *n. 16.*) provifis: non excluduntur provifis à Legato, Tond. *loc. cit. n. 2.* Garc. *loc. cit. n. 16.* Et si autem hæc potestas ordinaria sit, quia tamen non est naturalis, sed naturali modo quali extraordina-

B b

rio